SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt (u. a. Neustift), 15. Jh. Seite 206r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35497
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Diligunt iudei diligunt saracenj suos benefactores Unde hec certe
ipsa natura monetur Ergo homo qui adeo nobilissimam naturam accepit deum tam
beneficum non amabit // Item cogita quantum cecus illum diligeret qui sibi red// cecus
deret visum Quantum surdus qui ei repararet auditum quantum mutus qui surdus mutus
ei repararet auditum affatum Et sic quidem truncatum ut manum vel forsitan
nasum abscisum haberet Ergo quantum quod ille amandus est qui tibi corpus
sanum dedit et te integrum et insuper quod fuit maximum contulit animam
ad ymaginem sui factum et cum corpore adiuncta perpetua ordinatam Item att// cordis
endendum quod omnia corporis membra cordis sunt amativa eo quod ab eo reci//
piat motum et vitam Unde galienus dicit quod brachia hoc habent proprium
quod omnia illa que amari corde sentit dulcibus amplexibus capiunt et cordi
quantum possunt astringunt ita quod totum dilectum cordi inprimerent si vale//
rent Ungues et quia sunt ex fumositatibus cordis intantum cor aquo unguens
suum esse accipiunt diligunt quod statim corde patente liuescunt et quoque
nigrescunt ita quod nunquam cor patiatur quin signum in unguibus ostendatur
sicut in febri monstratur Ergo homo deum non timebit aquo non solum g°
accepit esse sed vita nobilissima vivere nobilissima forma sentire et quod
est maximum cum angelis intelligere Et propter hec omnia bona nature dicit preca° ca'
In tota anima tua dilige eum qui te fecit Notabiliter dicit in tota
anima quia sicut qui partem dat ex parte amandus est sic qui totum dat
ex toto est diligendus Diligimus enim patrem carnalem sed solum propter partem quia prez
ab eo accepimus partem nostre substancie Ergo debemus totaliter patrem spiritualem
diligere aquo totum accepimus nostrum esse tam ex parte carnis quam
anime Unde 2° Machabeorum 7 Mulier illa sancta dixit in sua pdcacone cum ad// Mach. 34
patiendum filios confortaret Nescio inquit quomodo in utero meo apparuistis neque
ego spiritum et animam donavi vobis et singulorum membra non ipsa compe//
gi sed mundi creator etc. Unde dicitur in libro de spiritu et anima O miser
ego quam debueramus diligere deum meum qui me fecit cum non eram fieram
de nichilo me fecit non lapidem non arborem non aliquem de animalibus
sed hoc voluit me esse dedit michi vivere sentire et intelligere
et quibus interpositis addit Cum hec et alia multa diligenter considero
dolore pariter rubore confundor Dolore quia animam meam perdo Sed
rubore quia patrem tam beneficum non agnosco Amemus ergo cum